





1874

DE  
TESTAMENTIFACCIÓNE  
ZITTAVIENSI

1799 7<sup>a</sup>

---

DISSERTATIO

QVAM

PRAESIDE

D. GEORGIO STEPHANO  
WIESANDIO

SERENISSIMO PRINCIPI ELECTORI SAXONIAE A CONSILIIIS  
SVMMI PROVOCATIONVM SENATVS DECRETALIVM PROFES-  
SORE PVBLICO FACVLTATIS IVRIDICAE ORDINARIO CONSI-  
STORII ECCLESIASTICI DIRECTORE CVRIAE PROVINCIAL.  
ET SCABINATVS ASSESSORE H. T. DECANO

DIE XXIV. MAII A. R. S. MDCCCXCIX.

H. L. Q. C.

PVBLICE DEFENSVRVS EST

A V C T O R

FRIDERICVS CHRISTIANVS BERGMANN

ZITTAVIA - LVSATVS.

---

VITEMBERGAE,

LITTERIS ADAMI CHRISTIANI CHARISII.

TESTAMENTARISCHE

VERFAHRENS

VERFAHRENS

D. GEORGIUS STEPHANO

WILHELMO

VERFAHRENS

VERFAHRENS

VERFAHRENS

VERFAHRENS

VERFAHRENS

VERFAHRENS

VERFAHRENS

VERFAHRENS

VERFAHRENS

VERFAHRENS



DE  
TESTAMENTIFACTIONE ZITTAVIENSI.

§. I.

*Instituti ratio.*

**N**ihil iucundius nihilque suavius mihi ex maiorum instituto ad differendum obligato, et de re quadam disputationi meisque viribus apta cogitanti, potuisset obuenire, quam caput ex iure Zittaviensi, quod tamquam vere patrium semper maximo amore amplexus sum, quod quidem nunc eruditorum examini subicere conor. Ad hoc consilium exequendum incitabar exemplis multorum Zittaviensium, qui iura patria academicis dissertationibus illustrarunt, praecipue autem patris summopere venerandi, qui in hac ipsa academia duas dissertationes, quarum una ad ius Zittaviense <sup>a)</sup>, altera vero ad ius Lusatae superioris in vniuersum <sup>b)</sup> spectat, habuit. Quamuis vero iam multae disputationes de iure Zittaviensi extant <sup>c)</sup>, quarum una quoque de iure hereditario, ideoque simul de testamenti

- a) *De successione coniugis una cum liberis ex statuto Zittaviensi*, Praef. FLORENTE RIVINO anno 1761. Viteb. defensa.
- b) *Diss. inaug. de Lusata hodierna tam quoad originem &c.* Viteb. 1765. Praef. MARTIN GOTTL. PAULI.
- c) Recensentur in PAULI Pr. quo praefuit patris *dissert. laud. et in Io. HENR. CHRIST. DE SELCHOW Elementis Iur. Germ. Parr. gen. Cap. 3. Tit. 7. §. 159.*

mentis <sup>d)</sup> agit; tamen patris, nunc Syndici Zittauiensis auxilio a diutius, nonnulla reperiēbam, quae de testamentis secundum statuta nostra condendis adhuc vt diligentius excuterentur, digna videbantur. Hanc rem vero ita tractabo, vt primum pauca, quae historiae statutorum nostrorum illustrandae inseruiunt, atque Senatus Zittauiensis hodiernam conditionem ostendunt, praemittam; deinde vero testamenti Zittauiensis formam describam atque varia ad vsūm fori spectantia adiungam.

## §. II.

### *De statutis Zittauiensibus in genere.*

Premislaus II. Ottocarus, Bohemiae rex, de quo in historia Germanica ob bella, quae cum Rudolpho I. Habsburgico gessit, vulgo multa tradi solent, urbem Zittauiam anno 1255. condidit, <sup>a)</sup> eique tot iura ac priuilegia concessit, vt breui temporis spatio eius fama celebraretur. Qua de causa Senatus statim ab initio magnam nanciscebatur auctoritatem, etiam ius statuta condendi, quoniam reges et principes illorum temporum dissidationum et bellorum faeuitia impediebantur, quominus legum ferendarum curam gerere potuissent, mox, sicuti omnes ciuitates Lusatae superioris, <sup>b)</sup> exercuit. Prima lex, cuius in antiquis monumentis sit mentio, est Ordinatio politicae anno 1355. a Senatu praescripta. <sup>c)</sup> Wenceslaus, Bohemiae rex  
et

<sup>d)</sup> TENZELII *diff. de eo quod iustum est circa ius hereditarium Zittauienſe.* Erford. 1723.

<sup>a)</sup> De rebus Lusaticis in vniuersum optime meritus fuit CHRISTOPH. MANNLIVS in *Commentar. rer. Lusaticar.* quem CHRIST. GODOFRED. HOFFMANNVS inseruit *Scriptor. rer. Lusar. Tom. I. P. 1. p. 99. seqq.* Hic *Libr. 3. cap. 46.* de exordiis vrbis Zittauiae eiusque nomine quaedam exposuit. Adde CARZOVII *Anal. Fast. Zitt. P. I. p. 12. & P. II. p. 172.*

<sup>b)</sup> Ius statuta condendi ciuitates Hexapolitanae iam vetustissimis temporibus exercuerunt. De priuilegio, quod Budissa et Gorlicium eum in finem impetrarunt, confer. HERING. *über die Priuilegia der Sechsstädte in der Lausitzischen Monarschrift 1796. Sr. IV. p. 216.*

et Imperator Romanorum, anno 1397. die Timothei de raptu virginum singularem legem tulit, qua raptor apprehensus poenam capitalem subire, fugitiuus autem, confiscatis eius atque eorum, qui ipsi auxilium praestitissent, bonis, proscribi deberet. <sup>d)</sup> Anno 1401. Senatus statuit, ne iniuria realis (*Mißhandlung*), aut calumniosa actio mulcta puniatur, sed vt calumniatorem Senatus cogat, vt ab actione desistat. Anno 1406. Senatus varia de tutoribus dandis constituit, et postea anno 1616. d. 17. Octobris nouam ordinationem politiae, varias vero ordinationes de incendiis euitandis et extinguendis 1675. 97. et 1703. <sup>e)</sup> promulgauit. Sic temporibus quoque consecutis multa ad politiam inprimis spectantia praescripsit, quae sigillatim enarrare hic nimis esset copiosum. Consulendus hic potissimum est Ill. CHRISTIANVS GOTTFR. MEISNERVS, <sup>f)</sup>

Statuta vero, quae ad ius priuatum spectant, in corpus redacta, ciuibusque praelecta sunt anno 1510, Consule Paulo Aneforgio. Ex eorum prooemio apparet, Senatum hoc fecisse iure magistratus, *aus Obrigkeit ihres Regiments.* <sup>g)</sup> Accidit postea flebilis omnium iurium ac priuilegiorum priuatio, quam omnes ciuitates Hexapolitanae, ob suspicionem violatae fidei, Ferdinando I. iuratae, subierunt, id quod plerumque dicitur *der Pönfall.* <sup>h)</sup> Sed paulo post 1547. mense Octobri, multa iu-

A 3 ra

c) In hoc statuto prohibitio quaedam obuenit, quae ad cognoscendos illorum temporum mores apta est, quaeque his verbis continetur: *auch verbieten die Schöppen, wer ihr Bürger seyn will, der soll nicht tragen spitze Schuhe, wer über das gesehen wird, dem will man die Spitzen abhauen und soll büßsen der Stadt 5 gr.* CARPZOV. An. P. IV. p. 174.

d) Statuta recentiora poenam gladii raptoribus minantur. Vide *die Zitrawer Statuten in SCHOTTS Sammlung zu den Deutschen Land- und Stadtrechten Th. I. p. 133.*

e) CARPZOV. Part. IV. pag. 177. illas ordinationes exhibet.

f) In den Materialien zur Oberlausf. Rechts- und Geschichtskunde, St. V. p. 482.

g) CARPZOV. l. c. p. 176.

h) d. 1. Septbr. 1547. Confer. GROSSERS *Lausf. Merkwürd. Th. I. p. 178. Lausf.*

ra ipsis fuere restituta, <sup>i)</sup> atque statuta priscum vigorem receperunt. Hoc periculo feliciter superato, Statuta Zittauiensia anno 1567, Consule Caelestino Hennigio, consentiente populo, <sup>b)</sup> aliam formam acceperunt, quae quidem in praesenti adhuc usum praestant.

### §. III.

#### *De fontibus iuris Zittauiensis.*

Vt vero, vnde origo et varietas iuris Zittauiensis repetenda sit, melius intelligatur, non erit ab instituto alienum, ante omnia diuersa fata, quae experta fuit vrbs nobilis, breuiter enarrare.

Pertinuit Zittauia, cum a Premislao fundaretur, proprie ad nobiles de Leipa, nec dum Lusatae fuit annumerata. Hofce nobiles, quoniam praedationes a vasallis suis in regione Zittauensi perpetratas, non, vt debuissent, coërcuere, Iohannes Lutzburgensis, Bohemiae rex, circa annum 1319. coëgit, vt ipsi pro aliis fundis Morauicis, Zittauiam cederent. <sup>a)</sup> Tunc vero ad circulum Leutomicum fuit relata, a quo tempore Zittauenses sententias ab huius circuli praefectura petebant <sup>b)</sup>. Quae quidem cum Bohemia coniunctio etiam per longum temporis spatium durauit. Henricus quidem dux Iaurauiensis, Goricium et Laubanam anno 1319, tanquam dotulitium pro vxore

*Lauf. Monarschr. de anno 1793. St. I. p. 329. ZOBELS kurzer Abriss einer Oberlauf. Geschichte in der Lauf. Monarschr. de 1797. St. 8. p. 484.*

d) Pragae d. 1. Octobr. Documentum Zittauensibus datum exhibet GROSSER I. c. p. 282. Omnia eorum priuilegia denno stabiluit Maximilianus II. anno 1565.

k) *Mit vollem Iawort und Bewilligung der Bürgerchaft und ganzen Gemein- de dieser Stadt.*

a) CARPZOV. *An. P. II. c. 1. §. 2. p. 173 seqq.*

b) *Das älteste Stadtbuch de anno 1350 citatur in dem Vorbericht zu den Zitt. Stat. apud SCHOTTIVM. Confer. quoque CARPZOV. l. c. p. 175. §. 6. & Part. IV. p. 175.*



re sua Anna accepit, nunquam vero, vti nonnulli putarunt, c) Zittaiam ipsam, atque ei modo quidam reditus ab hac vrbe petendi assignabantur, quos demum anno 1337. regi Iohanni cedebat. d) Ideo quoque fieri potuit, vt Zittania foedus Hexapolitanum anno 1346. e) iniret. Carolus IV. postea Zittaiam Electori Saxoniae, Rudolpho oppignorauit, qui eam tenuit vsque ad annum 1358, quo a Carolo reluebatur. Verisimile est, hoc Electore auctore, varia iura originis Saxonicae in Zittania vsu fuisse recepta. Nonnulli statutorum, quibus Zittania vitur, originem ex iure Lubecensi duxerunt, vti CARPZOVIVS f) et KNOBLAVCH, g) qui quidem statuit, ius Lubecense olim etiam valuisse in Marchia, Silesia et Lusatia. Licet vero negare nolim, gentes originis Slauicae olim iure Lubecensi, cuius quidem auctoritas saeculo decimo tertio valuit plurimum, fuisse vsas; non tamen argumentis satis idoneis probari poterit, ius Lubecense in terris Silesiacis et Lufaticis fuisse receptum. Ego potius cum auctore incerto h) facio, qui historiam iuris statutarii Zittaiensis docte exposuit, simulque recte monuit, nostri iuris potius ex institutis Bohemicis, Silesiacis atque Saxonis esse arcessendam. Hoc quidem certum est, primum protocollum ciuitatis publicum (*Stadtbuch*) anno 1350. fuisse confectum, i) quod vero incendio funesto anno 1757. interit.

c) CARPZOV. *Part. II. pag. 175.* GROSSER *in den Lauf. Merkw. Th. II. p. 64.* Sed confer ZOBELIVM l. c.

d) LVDWIG *Reliq. Msspr. V. 528. VI. 11. Lauf. Mon. 1795. Sr. 1. p. 21.*

e) Documentum exhibet CARPZ. *in An. Part. I. pag. 4.* Conferatur quoque HERING *von der Verbindung der Sechsstädte in der Lauf. Ms. 1793. Sr. I. p. 273.*

f) l. c. *Part. IV. p. 177.*

g) *in dissert. de Zittaiensi communione bonorum inter coniuges, eiusque praecipuis in foro effectibus, Lips. 1731. cap. I. §. 17.* Etiam pater meus huic opinioni assensum praebuit *in dissert. de Success. conj. §. 9. et 16. et in diff. de Lusatia hodierna, §. 21.*

h) *in Schott's Samml. Tom. I. p. 94 sqq.*

i) CARPZOV. *P. II. p. 262. §. 2. & Part. IV. p. 175.*

terit. Facta reuotione, Carolus IV. Zittauiam principatui Gorlicenfi incorporauit, <sup>k)</sup> et, vt Lufati peterent a Scabinis Magdeburgensibus sententias, constituit. <sup>l)</sup> Sed iam antea multa iura Saxonica vsu recepta fuerant in Lufatia superiore <sup>m)</sup>, quae Carolus IV. ipsis eripere noluit. <sup>n)</sup> Eo vero tempore vrbes Hexapolitanae in primis Scabinos Lipsienses et Dohnauienses de causis iuris dubii consulere solebant. <sup>o)</sup> Itaque Carolus IV. speciem, ac si Lufatia Marchionibus Misnicis ob antiquam eorum potestatem denuo tacite sese subiiceret, euitare studuit. <sup>p)</sup> Haec vero suspicio ex receptione iuris Magdeburgici ideo haud oriebatur, quia in hac vrbe residere videbatur iudicium palatinum Imperiale. <sup>q)</sup> Huc accedit, quod ius Magdeburgense antiquitus in Lufatia superiore moribus introductum fuerit. <sup>r)</sup> Nihilominus Zittauenses interdum quoque iudicium Pragense adierunt.

k) GROSSER *Lusf. Merkw. P. I. p. 92 sqq.*

l) CARPZ. *P. II. p. 179.*

m) Marchiones enim priores Saxonici multos incolas Saxonicos secum duxerant in Lufatiam, qui mores antiquos constanter retinuerunt. Confer patris venerandi *diff. laud. §. 4. & 7.*

n) CARPZOV. *Oberl. Ehrentempel Part. I. p. 147.*

o) Hoc saepius factum esse, inde perspicui potest, quod Ferdinandus I. anno 1547. illud prohibuerit.

p) CARPZOV. *l. c. et in Annal. P. II. p. 179.*

q) Quanta fuerit iuris Magdeburgici auctoritas, inculenter apparet ex *Weichbild Art. 10: Darum sollen alle, die von Pohlen und Böhmen und aus der Mark, von Meissen und Lausitz und die aus der Mark Brandenburg und aus dem Herzogthum Sachsen und von der Graffschaft zu Ascherleben und alle die aus den Städten, so darin begriffen sind, ihr Recht zu Magdeburg holen.*

r) Confer REINHARTI *diff. de accessionibus iuris in Marchionat. Lusf. sup. Erford. 1734.* quae translata est in linguam vernaculam in WEINARTS *N. und G. d. O. u. N. L. Th. I. p. 249 sqq.* Non vero est dubitandum, quin ius Saxonicum commune, quod potissimum specie Saxonico continetur, in Lufatia superiore fuerit receptum. Confer SCHOTTI *Instit. Iur. Sax. p. 11.*

runt. 2) Contra Georgium Podiebradum, qui post varios motus anno 1459. Lusatiam maxima ex parte acceperat, cum surgeret Matthias Corvinus, Hungariae rex, ciuitates Hexapolitanae ipsi quoque 1469. fidem iurarunt, 1) qui quidem iura potissimum Silesiaca et Saxonica in Lusatia sequenda esse censuit. 2) Posteaquam iterum regibus Bohemiae paruit Zittauia, Ferdinandus I. in restitutione priuilegiorum d. 1. Octbr. 1547. quidem cauit, ne Lufati sententias a Scabinatu Magdeburgensi, Halensi, Lipsiensi et Dohnauiensi peterent, 3) eaque de causa iudicium appellationis Pragae constituit, de hoc ipse tamen dicit: *Die (sc. Assesores huius iudicii) sich denn den beschriebenen Rechten und den daselbst in Oberlausitz gebräuchlichen Processen und Urtheilen gemäß erkennen werden*, ideoque hac sanctione iura dudum recepta, inter quae Saxonicum praecipuum locum tenebat, ipsis salua esse voluit. Ferdinandus quoque id egisse videtur, vt Lufatis ius magis aequale redderet, quem in finem d. 20. Novbr. 1551. ordinationem prouincialem edidit, 4) quae tamen, contradicentibus ciuitatibus, vim legis haud obtinuit. 5) Adstricti igitur erant Senatus Hexapolitani in ferendis et petendis sententiis ad Cameram Appellationum Pragensem, donec Lusatia Electoribus Saxoniae tradebatur, quo facto iudicia ratione prouocationum, quae ex hoc tempore ad Consilium principis sanctius dirigendae sunt, liberabantur ab infantia Pragensi, 6) in quo statu hucusque remansit Lusatia.

## §. III.

- 1) Vorber. zu den Zitt. Statuten im Schott. §. 16.  
 2) CAREZ. An. F. Z. Part. II. p. 194.  
 3) Vorber. zu den Zitt. Stat. BALBINI epit. rer. Bohemic. Libr. V. c. 10. p. 556.  
 4) Documentum Zittauiae traditum exhibet GROSSER in d. Lauf. Merkur. Th. I. p. 186.  
 5) Extat in Cod. Aug. Parr. III. p. 81. sqq.  
 6) Vorber. zu den Statut. Weinart Th. I. p. 23. sqq.  
 aa) Traditions Recefs d. d. 30. Maii 1655. im GROSSER Th. I. p. 257.

## §. III.

*Plura de iisdem.*

Ex his, quae §. *antec.* dicta sunt, facile colligi potest, statuta nostra esse Bohemicae, Silesiaca<sup>a)</sup> et Saxonicae originis. Pertinet vero huc vnice ius Saxonicum vetus<sup>b)</sup> quod, vti iam supra monui, in Speculo Saxonico traditur, cui tamen etiam Weichbildum Saxonicum est adiungendum. Auctor citati prooemii<sup>c)</sup> quoque in ea versatur opinione, multas Zittauensium consuetudines conuenire iuri Marchico, ideoque maiores nostros saepius consuluisse Ictos Francofurtenses, obseruat. Recentioribus temporibus emendationes statutorum nostrorum interdum propositae, sed nunquam ad finem perductae sunt.<sup>d)</sup> Vti vero aliarum Lusatiae superioris ciuitatum statuta, ita etiam Zittauensium ab Electoribus Saxoniae nondum confirmata sunt. Fuerunt quidem anno 1678. Electori Statuta Zittauensia oblata, sed eorum confirmatio non fuit subsequuta, propterea quod ex additionibus nouis, vtrum ciues harum emendationum

- e) Neque iuris civilis, neque Saxonici, ideoque aut Bohemicae aut Silesiaca<sup>a)</sup> originis sunt v. c. *Auffgaba & Morgengaba*. Est enim *Auffgaba* Zittauensis pactum inter coniuges in proles de mutua eorum successione futura post vnus vel alterius obitum, in iudicio recte celebratum, munusculo quoque simul in vsum publicum collato. Conf. KRETSCHMANNI *diff. de Auffgaba Zittauensi*, Praef. HANACCIO, Vitae. 1754. §. 4. *Morgengaba* Zittauensis est res a sponso sponsae vel patri, curatori, cognatis eius, non existentibus liberis, in eam futuram mortis promissa. Confer MYLIH *Resp. a LANKISCH diff. de Morgengaba Zittav.* Lips. 1684. thes. 4.
- b) WEFNART in den N. und Gew. d. O. u. N. L. Part. I. p. 251. ita sentit: *überhaupt gilt das Sachenrecht und gilt noch so weit, als es zu den Zeiten der Herzoge zu Sachsen und Burggrafen zu Magdeburg von Kaiser Otto dem Großen, bis 1294. gewöhnlich gewesen.* Circa hunc annum enim scabinatus ciuitatis Magdeburgensis constituebatur. CARPZOV. O. Lauf. Ehrentempel Part. I. p. 144.
- c) Zu den Zittauer Statuten im Schorr, n. 10.
- d) v. c. anno 1672. 1676. etiam initio huius saeculi, cum Carpzonius electus Syndicus. *Vorbericht* n. 26. 29.

tionum certiores essent facti, perspicere non poterat, et quia ciues, quibus copia illorum fuerunt insinuata, de iis colloqui volebant, absentibus Commissariis a Senatu delegatis. Inde ab eo tempore increbuit dictum vulgare: *Die alien Statuten sind cassiret, und die neuen nicht confirmiret.* Fuerunt, qui existimarent, statuta ea de causa pro validis non esse habenda. Sed Senatus Zittauiensis eorum vim atque auctoritatem semper acriter defendit rationibus quidem haud leuibus, cum a regibus Bohemiae Zittauensium privilegia atque statuta in vniuersum confirmata, postiora quoque inde ab anno 1567. vsque ad nostram aetatem vsu obseruata ideoque vim iuris consuetudinarii nacta fuerint.

Zittauiensis quoque in subsidium vti iuribus peregrinis in vniuersa Germania receptis, iure scilicet Romano, Canonico et iure feudali Longobardico, vix quisquam negauerit. Hoc tantum addimus, Zittauiensis olim parum fauisse iuri Romano. Cum enim Carolus IV. anno 1361. eos causas secundum ius civile decidere iussisset, obiciebant, se nunc secundum ius civile respondere non posse. In prisca annalibus haec ratio affertur: *dass wir unserm Herrn dem Kaiser ein Recht sprechen sollen im kaiserlichen Rechte, das ist vorhin nicht gewöhnlich gewesen, da holte man es an der Stadt Magdeburg, da man ander Recht holete.* \*)

## §. V.

*Praemittantur quaedam de conditione Senatus Zittauiensis veteri et hodierna.*

Ante annum 1550, quo primum protocollum publicum (*Stadtbuch*) conficiebatur, historia Senatus Zittauensis incerta est. In documento de anno 1510, \*\*) in quo eius

B 2

mem-

\*) Conferatur MANLIUS in *Commentar.* supra ex cit. in *Hoffmann. Scrip. rer. Lusatic.* Tom. I. P. I. p. 175. WEINART *Th. I.* p. 252. vbi annales veteres allegantur.

\*\*) Quod exhibet CARPZOV. in *Anat. F. Z. P. I.* p. 137. coll. P. II. p. 262.

membra tanquam contrahentes obueniunt, nominantur IX. personae, his quidem verbis: *nos iurati et Scabini Senatus Zittauensis, videlicet Nicolaus, Magister Ciuium* (nunc sequuntur reliquorum nomina) *ceterisque iurati ciuitatis eiusdem.* Anno 1319 et 1399 vsque ad annum 1360. inueniuntur XII. personae. Protocol- lum publicum anno 1360. confectum refert, Senatum creuisse ad XVIII. personas. Auctus postea fuit numerus ita, vt anno 1370. XXIV. membra reperiantur, quae omnes appellantur *Schöppen*, et quorum XII. perpetuo intererant conuentibus, reliqui autem tantum in causis grauioribus in consilium adhibebantur,<sup>b)</sup> Semper vero propria auctoritate elegerunt sua membra,<sup>c)</sup> atque iam olim exercuerunt ius liberae electionis,<sup>d)</sup> quod anno 1547. amissum, ipsis postea d. 20. Iunii 1559. a Ferdinando I. fuit restitutum. Quare anno 1560. noua iterum mutatio suscipiebatur, qua III. Consules, quorum vnus per annum regimen tenebat, III. praetores, qui etiam munus alternis vicibus administrabant, IV. Scabini, VIII. Senatores (ex ciuico ordine) et VIII. Seniores e IV. praecipuis collegiis opificum, pannificum scilicet, lanionum, futorum et pistorum, constituiebantur; attamen quouis anno tantum IV. Senatores et IV. Seniores, qui *Rathsfreunde* appellantur, sede et voto gaudebant.<sup>e)</sup> Hic vero numerus initio huius saeculi (anno 1729.) ob varios abusus diminutus est iussu Friderici Augusti I. Regis et Electoris, per peculiarem ordinationem, (*die Rath-Ordnung*)<sup>f)</sup> in qua duo

b) Idem l. c.

c) Ad annum 1360. traditur: *in diesem Jahre, als man den Rath kiefere, würden die Schöppen zu Rathe, daß sie den Rath wollten stärken, und köhren 12 Schöppen in Demuth.*

d) Confer. de hoc iure HERING über die gemeinschaftlichen Privilegia der Sechsstädte in der Lauf. Monatschr. de 1796. St. 4. p. 218.

e) Ceterum CAREZOV. l. c. Part. IV. p. 175. refert, tantam fuisse Senatus auctoritatem, vt ciuitates vicinae in causis dubiis sententias ab ipso peterent.

f) Extat im Weinars Th. III. p. 337. 349.

dato tantum consules, quorum quisque per annum negotia dirigit, duo praetores, quorum vnus vrbi et pagis parochianis, alter pagis ceteris, vterque autem perpetuo ius dicit, vnus affessor iudicii, IV. Scabini, et IV. Senatores constituuntur, ita quidem, vt inter posteriores semper duo mercatores et duo vel litterati, vel ex ciuibus dignioribus eligantur, <sup>g)</sup> ceteri vero iuris peritia instructi sint. Ratione Seniorum nihil mutatum est. Munus autem Syndici demum anno 1530 <sup>h)</sup> exortum, semper administratum est per Iureconsultos, quod et hodie obtinet. <sup>i)</sup> Pauca adhuc monenda videntur de priscis iudicibus hereditariis (*Erbrichtern*). In qualibet enim vrbe erant duo iudices regii, quorum vnus dicebatur aduocatus, siue iudex prouincialis circuli (*Voigt, Landrichter Zittauischen Kreises*), <sup>k)</sup> qui nomine regis iurisdictionem exercuit in nobiles huius circuli aut Weichbildi, et in vrbibus ipsis delicta maiora puniebat, consultis tamen scabinis Zittauiensibus <sup>l)</sup>; alter dicebatur iudex hereditarius, (*Erbrichter*) qui iurisdictionem criminalem in Burgenses, adhibitis Scabinis, exercuit. <sup>m)</sup> Reditus ex posterioris administratione prouenientes regi cedebant, et iudex ipse tantum tertiam partem lucrabatur. Postquam Senatus iam iterata vice conduxerat illas duas partes reddituum, Sigismundus anno 1422. ipsi totam iurisdictionem in perpetuum concessit. <sup>n)</sup> Ad altam

B 3

vero

g) *Rath-Ordnung Cap. I. §. 1. 2. 3. Cap. VI. §. 2. fgg.*

h) *CARZOV. P. IV. p. 175.*

i) *Rath-Ordn. Cap. V.* Simul annotandum videtur, Syndicum Zittauensem in omnibus consultationibus et electionibus suffragio gaudere, quod Ordinatio senatoria ipsi expresse non tribuit.

k) *CARZ. An. P. II. p. 248.*

l) Confer. III. *PRÆSIDIS diss. de praerogatiuis et eximiiis iuribus Promarchionis illustrissimi eiusque vicarii perpetui in Marchion. Lus. super. Lips. 1762.* transl. in linguam vernaculam im *Weinart Th. I. p. 347. fgg. §. 4.* Illi Scabini primum decidere debebant, virum causa aliqua pertineret ad iudicia superiora, an ad hereditaria. *CARZ. in An. P. II. p. 250.* exempla asserit.

m) Ab hoc iudice et Scabinis ad Senatum prouocare licuit.

n) Ex hoc tempore quoque iudex dicebatur *iudex electus Stadrichter*,

vero iurisdictionem quod attinet, haec, sublatis peculiaribus aduocatis in vrbibus, translata fuit ad *aduocatum generalem prouinciae* (*Landvoigt, Voigt der Sechslände und Städte*) eique subiectos *praefectos* (*Amtshauptleuten*). Cum autem nobiles eam fortasse exercerent, Senatus Zittauensis in pacto cum nobilibus huius circuli into sibi referuauit iurisdictionem superiorem, id quod postea (1561) Ferdinandus I. confirmauit <sup>o</sup>). Idem vero Imperator postea omaibus vrbibus Hexapolitanis iurisdictionem altam concessit d. 12. Martii anno 1562. <sup>p</sup>) Hodie vero a iudicio vrbano (*von den Stadtgerichten*), quod diuisum in duas partes, (*Departements*) prouocare ad Senatum expresse prohibitum est. <sup>q</sup>) His quidem praemissis, nunc locum, quem explicare institui- mus, prout verba iacent, integrum afferre, non erit inutile.

## §. VI.

*Verba statuti de Testamentis.**Von Testamenten. a)*

*Es soll niemand im Siech- oder Todtbede seinen Kindern oder nächsten Freunden, das angefälle, das sonst auf sie erfürbe, in Zor-  
ne*

cum antea appellatus fuerit *iudex hereditarius aut statutus.* CARPZ. l. c. p. 291.

a) CARPZOV. l. c. P. II. p. 257 sq.

b) Extat documentum in *Grossfers Lauf. Merkw. P. I. p. 194.*

c) *Raths-Ordn. Cap. VI. §. 2. seq. Cap. VII. §. 6.* vbi appellatio ad Senatum sub poena C. aureorum (*Ducaten*) prohibetur, ideoque dno priora rescripta d. d. XII. Septbr. 1711. et d. VI. Septbr. 1721. allegantur. Ceterum ibidem causae definiuntur, quae ad Senatum et ad Praetores pertinent. Prioris cognitioni subiciuntur omnia, quae ad statum publicum atque politiam spectant. Praetoribus autem ex §. 7. subiant praeter causas criminales, celliones, *Pfandversicherungen* oder *Consente über unbewegliche Güter*, *Depositiones derer Kauf- und anderer Gelder*, *Aufriehung der Testamente*, *Codicillen und letzte Willen*, *Gerade und Heergeräthe*, *Kauf*, auch *Schenkung der selben*, *Eintragung der Kauf- und Erbgelder und sonst gerichtl. Quittungen.* Praetores vero semper ex delegatione Senatus agunt. Vide §. 6. et 9.

d) Extat in SCHORZII *Collect. supra citat. P. I. p. 121.*



ne ohne gnugsame Ursach entwenden, denn es ofte aus bösen Angeben, Vorsagen und Anweisung, auch vielmahl aus Thorheit geschicht, das hernachmahls denselbigen Leuthen, wenn sie zur Gesundheit kommen und sich befinden, wiederumb leid wird. Und ob wohl in eines jeden Menschen freyen Willen seheth, Testament und letzten Willen zu machen, und auch zu widerruffen und zu verändern, wann, so oft es Ihme gefällig, So soll doch derselbige Mensch, der also sein Testament und letzten Willen bey gefunden Leibe, oder im Siechbette machen will, das thun guter Vernunft, mit wohlbedachten Muth, und mit Vorwissen Eines Erbarh Raths, in kegenwertigkeit zweyer oder mehrer hierzu von Einem Rath oder den Gerichten erfordernten Personen, und erstlich bedenken, das ein jeder vornehmlich verpflichtet und schuldig ist, Gottes Lob und Ehre, auch gemeinen Nutz zu mehrn und zu fördern, denn was mag löblicher auch Gott gefälliger und gemeinen Nutz förderlicher angelegt und dem Testamentmacher Ehrlicher und Seeliglicher seyn und länger in Gedächtniß der Menschen verbleiben, denn was zu Gottes Ehre, gemeinen Nutz, zu Erbauung Wege und Stege, auch zu erhaltung Mauern, Terme, Pferden, Greben und Brücken, neben dem das zu Gottesdienste verordnet, bescheiden, beniehm und verschafft wird, welches alles denen Einwohnern der Stadt, Geistlichen und Weltlichen Personen, Arm und Reich zu gut kombt, darunter Witben und Waisen beschützt und beschirmt, Menniglich in guten Friede und Sicherheit erhalten wird.

Und do nun ein solch Testament, wie abgemelt, mit Bewußt eines Erbarh Raths an kräftigen Gerichtsstellen, oder im Siechbette in Beysein zweyer des Raths oder der Gerichte hierzu abgefertigten Personen, unvorgessen Gottes Lob und Ehre, auch des gemeinen Nutzs, gemacht und geordnet wird, das soll beständig und krefftig seyn und in allen seinen Punkten und Articeln steth, vest und unverbrüchlich gehalten werden.

Was aber sonst Testament gemacht werden, ohne Vorwissen oder Beysein des Raths oder der Gerichte, darinnen Gottes Ehre und gemeinen Nutzes vergessen wird, die sollen keine Kraft noch Macht, auch keinen Nahmen eines Testaments haben, sondern vor nichtig, Kraftlos und unbündig angesehen und gehalten werden.

§. VII.

## §. VII.

*De testamento Zittauensi in genere.*

Initium facit statuti locus adductus ab hac admonitione, ne quis legitimis heredibus sine iusta causa hereditatem adimat. Cum vero statuta de causis exheredationum nihil praecipiant, non est dubium, quin in hac re iuri civili et praefertim *Novell. CXV.* inhaerendum eaque stricte obseruanda sit. Porro verba; *es steht einem jeden frey Testament und letzten Willen zu machen*, non ita sunt accipienda, ac si nemo a testamentificatione prohiberetur, sed potius iuris communis praecipitatio testamantificationis actiuae et passivae apud Zittauenses quoque locum habent. In testatore vero desiderant, ut integrae mentis sit, atque animo deliberato ultimam voluntatem proponat, vel in scriptura exhibeat. Aegrotis vero atque infirmis facultatem testandi haud denegant, sed potius diserte permittunt his quidem verbis: *so soll doch derselbige Mensch, der also sein Testament und letzten Willen bey gesundem Leibe oder im Siechbette machen will* <sup>a)</sup> Duplicem vero regulam testatoribus statutum Zittauense praescribit, ut videlicet I) testamentum condatur vel coram ipso senatu, vel coram personis ab illo ablegatis; II) ut testamentum non sit ratum, nisi in eo aliquod lucrum causae piae et publicae relinquatur, quae quidem nunc sigillatim considerabimus.

## §. VIII.

*De testamento publico.*

Ius Romanum licet maximam in Germania nactum sit auctoritatem, ita ut in genere etiam ratione testamentificationis

a) Nostra igitur statuta in hac re cum iure civili amice conspirant. Eandem aequitatem quoque ostendant statuta Laubauensis atque Cameracensis, cuius moris originem a iure Bohemico repetit V. C. CAROL. GOTTL. ANTON. in *diff. de testamentificatione Laubauensi* §. 7. Sed nonnullae gentes Germanicae a testatore exigunt, ut sit corpore sano et vegeto. Confer HEINECCIUM *diff. de testamentificatione iuris Germanici art. diff. limis. passim circumscripta* §. 15.

nis pro iure communi habendum sit; <sup>b)</sup> tamen multa in Germania obveniunt singularia. Sic interdum libero testatoris arbitrio permittitur, num in testamento condendo normam iuris peregrini, an domestici observare velit, <sup>c)</sup> interdum vero brevior testandi ratio suadetur, <sup>d)</sup> quin praecipitur. <sup>e)</sup> Zittauensis statuta postulant testamentum publicum, nec priuatum, quod alias coram Notario et testibus fieri solet, admittunt, atque in eo cum multis aliis Germanicis iuribus <sup>f)</sup> et in specie cum iure Lusatico communi <sup>g)</sup> conspirant. Publicum vero testamentum, quod quidem olim apud Romanos in comitiis fieri solebat, postea dici coepit, quod publica principis vel iudicis auctoritate nititur. Secundum iura Germanica plerumque hoc negotium ad Consulem et Senatores (*Bürgermeister und Rath*) pertinet, apud quos, dummodo iurisdictione, saltem inferiore instructi sint, testamentifatio tamquam actus iurisdictionis voluntariae, <sup>h)</sup> recte suscipitur. <sup>i)</sup> Vbi vero subditi ad eum magistrat-

b) Cf. III. IVSTI FRIDER. RYNDI *deutsches Privatrecht* §. 679. Etiam in Saxonia praecepta iuris civilis in doctrina de testamentis in subsidium sequimur. Confer SCROTTI *Institut. iur. Sax. Libr. II. S. 4. m. 2. §. 1.*

c) Huc pertinet *ius prov. Palat. super P. III. Tit. 3: welcher unter unsern Unterthanen und Angehörigen nach Ausweisung gemeiner Rechte testiren will, dem stellen wir es frey.* Quocum consentit *ius prov. Württemberg, Tit. III.*

d) *Const. prov. Brandenburg. Culmb. Tit. IX. §. 3: wollte aber jemand gerichtlich testiren, welcher modus dann auch als der kürzeste und sicherste hiermit angerathen wird.* *Ius prov. Baden. P. V. Tit. 4. moneat, difficiles atque molestos esse modos secundum ius civile testandi, ideoque alios suadet.*

e) *Statuta Hamburgensia, Part. III. Tit. I. art. 1.*

f) v. c. cum iure Lubecensi *Libr. II. Tit. I. art. 2. iure Hamb. l. c. iure Colonien. Tit. von Testamenten und Vermächtnissen.*

g) Confer *Meißners Materialien, Sr. VI. p. 584. COMPASS. diff. inaug. de testam. sollemn. inval. ex statutorum urbium Lus. sup. consensu, Lips. 1762. et ANTON. diff. laud. §. VI. p. 14.*

h) *L. 19. C. de testam.*

i) Confer IO. HEVMANNI *Exerc. iur. univ. Sp. III. §. 2 §qq.*

gistratum, cuius iurisdictioni subiiciuntur, praecipue adstringuntur, ibi testamentum coram alieno iudice facere haud possunt. Nonnulla quidem iura statuunt, vt testamenta coram iudicio, (*den Stadtgerichten*) vel coram quibusdam Senatoribus condantur, <sup>k)</sup> qui in negotio testamentario tanquam totius senatus mandatarii sunt considerandi, et quibus ideo auctoritas publica non erit deneganda. Nostra vero statuta testamenta fieri iubent: *mit Vorwissen eines Ehrbarn Raths* et postea, *an kräftigen Gerichtsstellen*. Haec verba videntur inuoluere necessitatem, impetrandi confirmationem testamenti coram Senatu conditi. Sed salua manet testandi libertas, cum etiam Zittaviae, vt usus fori docet, quiuis vtatur suo in suprema voluntate ordinanda arbitrio, ideoque statutum ita erit interpretandum, testamenta privatim facta, quae neque coram Senatu nuncupata, nec in scriptis eidem exhibita sunt, omni vi esse destituta. Verba autem *kräftige Gerichtsstellen* denotant iudicium plenum, quod actui testamentifactionis auctoritatem publicam conciliat. Praecipitur <sup>l)</sup> quoque praesentia *zweyer oder mehrerer hierzu von einem Rathe oder den Gerichten erforderter Personen*. Sed oritur quaestio, vtrum Senatus aut iudicium urbanum (*die Stadtgerichten*) in condendis testamentis adiri debeat, quam nunc excutiendam sumimus.

## IX.

*Modus iudicialis insinuationis.*

Vti in omnibus ciuitatibus Senatus negotia publica dirigit, ita quoque Zittaviae is de testamenti factione primum certior est reddendus. Obinet scilicet regula: *nullum testamentum valet Zittaviae, nisi in pleno Senatus consensu <sup>m)</sup> fuerit traditum*. Haec vero

k) v. c. *Reformar. Nor. Tit. XXIX. L. i. Churkölln. Rechtsordn. P. I. Tit. I. §. 2.*

l) Variant iura Germanica in constituendo personarum iudicialium a Senatu delegatarum, numero. Nonnulla duos Scabinos aut Senatores requirunt, alia tres, alia quatuor. Cf. HEYMANN *l. c. Spec. VII. §. 5.*

m) h. e. in conuentibus ordinariis, (*Rathstagen*) ad quos omnia Senatus

vero traditio fieri debet vel a testatore ipso, vel per personas iudiciales. Sunt tamen hic diuersae species accurate distinguendae. Si enim testator ipse in Senatus consessu testamentum offert, tunc iterum differentia quaedam intercedit. Tradi nempe potest vel apertum, vel clausum. Apertum ut nuncupatiuum tractatur, ideoque testatori praelegitur, siue testator nomen suum adiecerit, siue non exprefferit.<sup>b)</sup> Facta praelectione, interrogatur, utrum hanc scripturam pro vltima sua voluntate habeat,<sup>c)</sup> atque nominis subscriptionem vel alia signa, loco nominis adiecta, etiam subsignationem recognoscit, quo facto testamentum vna cum registraturâ super hoc actu confecta reponitur atque asseruatur,<sup>d)</sup> testator vero schedulam recognitionis,<sup>e)</sup> sigillo Senatus minore obsignatam (*einen Recognitionschein*) accipit,<sup>f)</sup> Eiusmodi testimonium ipsi quoque datur, si testamentum clausum obtulerit, id quod plerumque fieri solet. Rarius occurrunt testamenta nuncupatiua, quae tamen a litterarum ignaris, interdum quoque ab aliis ob imminens mortis periculum, condi solent. Quodsi vero testator ipse coram Senatu comparere nolit, vel

C 2

vel

membra conuocari solent. Si vnus vel alter morbo vel aliis causis impeditus, absit, id non nocet.

- b) Statutum igitur recedit a multis aliis, quae tunc modo praelectionem exigunt, si testator illud non scripserit, vel non subscripserit. *Ordin. Polit. Magdeburg. C. 44. Stat. Luneburg. P. IV. Tit. 1. Ius Prov. Hohenhelic. P. IV. Tit. II. §. 8.*, vbi quoque prohibetur testator testamentum clausum tradere, nisi ipse illud scripserit.
- c) Talem interrogationem etiam *ius prov. Wirtenb. P. III. Tit. 3.* postulat, ita, vt, illa omissa, testamentum quidem ratum maneat, iudices tamen puniantur. Adde *Ord. prov. Nassov. Carimell. P. III. Cap. II. §. 2.*
- d) in tabulario Senatus, non iudicii, quamuis personae iudiciales testamentum receperint.
- e) Talem schedulam *Ordin. Nassov. Carimell. l. c. §. 3.* dari vult testatori postulanti.
- f) quam curat Cancellaria senatus, (*Raths-Canzley*) non iudicii. Illa scriptura postea ante publicationem testamenti erit reddenda. Vide §. 21.

vel non possit, tunc per iudiciales personas testamentum offer-  
tur. Scilicet testator petit a Consule regente,<sup>g)</sup> vt personas iu-  
diciales ad testamentum recipiendum ablegat. Consul ideo prae-  
torem, cuius quidem iurisdictioni testator subest,<sup>h)</sup> delegat vna  
cum duobus assessoribus et actuario, iisque testamenti rece-  
ptionem in testatoris domicilio mandat. Hae ideo personae iu-  
diciales, quae in pagos quoque se conferre debent, testamentum  
recipiunt, siue fuerit scriptum, siue nuncupatiuum. In proxi-  
mo deinde confellu totius Senatus praetor offert testamentum,<sup>i)</sup>  
si scriptum fuerit, vna cum registratura, si nuncupatiuum, pro-  
tocollum, super ipsa nuncupatione confectum. Quo facto testa-  
mentum asseruatur et schedula recognitionis testatori traditur.  
Inde igitur apparet, praetores sine mandato Consulis, testamen-  
tum recipere non posse illosque semper ex delegatione agere.  
Itaque nemo praetores, sed Consules adire debet. Sic vsus fori,  
qui IV. personas iudiciales desiderat, differt a iure Saxonico,  
quod extra locum iudicii III. personas sufficere statuit.<sup>k)</sup>

## §. X.

*Qualis Notarius hic requiratur.*

Ordinatio processus Saxonica de anno 1622 Zittauiae  
quoque intröducta eiusque vsus confirmatus est.<sup>o)</sup> Ibi vëro  
Tit.

- g) Multa statuta praescribunt, vt Senatus aut Consul regens ea de caus-  
sa rogetur, v. c. *iur. proc. Palar. P. III. Tit. 3. Statuta Sainfurtensta,*  
*Tit. 18. Stat. Erfurt. art. 18.*
- h) Confer §. 5. in *fine.* Quaelibet enim diuisio peculiari Actuario in-  
structa est.
- i) Eiusmodi oblationem etiam requirunt *Statuta Erfurt. a. 18. Stat. Hamb.*  
*P. III. Tit. 1.* quae simul praecipiant, si vnus Senatorum moriatur,  
antequam a Senatu fuerit confirmatum, vt superstes inuisurandi se-  
natorii religione confirmet, se eum defuncto apud testatorem fuisse.
- k) *Const. El. III. P. III. Decis. El. XLV. et LXXIII.* Quatenus statuta  
aliarum Lusatiae superioris vrbium differant, ostendit *ANTON. in*  
*diff. laud. § IX. p. 22.*
- o) *Raths- Ordnung Cap. VI. §. 22.*

*Tit. II. §. 2.* praecipitur, vt iudiciis Notarius adiungatur. Hac de causa etiam Zittaviae nemo ad munus actuarii aut secretarii aspirare potest, nisi antea Notarii dignitatem consecutus fuerit. Cum vero in Comitibus palatii d. d. Dresdae d. XVII. Decembr. 1711 ab Augusto tunc temporis Imperii Vicario, Senatui Zittaviensi concessa, <sup>b)</sup> sancitum sit, vt Notarii extranei in iudiciis Zittaviensibus haud sint admittendi, necesse est, vt is, qui alibi Notarii dignitatem consecutus est, si in loco senatus Zittaviensi subiecto Notarii vel Actuarii munere fungi velit, a Senatu fuerit confirmatus. In testamenti factione igitur Notarium requirit Zittaviensem, per se manifestum est.

§. XI.

*Verum testamentum per procuratorem offerri possit?*

Voluntatem supremam praesertim in mortis periculo, aliis credere periculosum esse videtur. Nonnulli Statutorum conditores, Germanicae fidei memores, testamenti et nuncupatiui <sup>a)</sup> et scripti <sup>b)</sup> oblationem ad iudicem per procuratorem admiserunt, modo hoc fiat a viris honestis. Alia vero iura testamentum per procuratorem iudici oblatum, postea testatori praelegi iubent, <sup>c)</sup> pauca vero diserte procuratorem reiiciunt. <sup>d)</sup> Num secundum ius civile testamentum per procuratorem offerri possit iudici, est quaestio valde anceps, de qua inter viros doctissimos in vtramque partem fuit acriter disceptatum, cui quidem controuersiae in praesenti me immiscere nolim. Ad ius Saxonicum quod attinet, vsus fori hodiernus oblationem per

C 5

pro

b) Extat diploma in CARPZOVII An. F. Zitt. P. II. p. 274 sqq.

a) v. c. Statuta Vindob. in Cod. Austr. p. 489. Danziger Willkühr, P. II. Cap. V. a. 1.

b) Ius Bohem. Cap. 20. D. 43. I. prov. Badense, P. V. Tit. 5.

c) v. c. ius prov. Palat. super. Tit. 3.

d) Landger. Ord. im Herz. Franken Tit. 39. §. 1. Stat. Friburg. Tit. V. tr. 3. Ord. Polit. Magdeburg. Cap. 44. §. 2.

procuratorem vetat. \*) Statuta nostra de illo silent atque in genere praecipunt, *derſelbige Menſch ſoll das thun*, ideoque de teſtatore ipſo loquuntur. Ex eorum mente autem teſtatore coram Senatu in perſona comparere debere, inde patet, quod teſtatori, qui non poſſit aut nolit ſe ipſum in curiam conferre, imponant neceſſitatem petendi a Conſule perſonarum iudicialium ablegationem. Nec igitur morbus, nec alia cauſa impedimento erit, quo minus quis teſtamentum facere queat publicum. Ita uſu quoque ſeruetur ſecundum regulam §. VIII. traditam. Ceterum vix facile tam dura neceſſitas teſtatore premet, vt procuratore ſimpliciter indigeat.

## §. XII.

*Num teſtamentum offerri poſſit bey dem Ablohen?*

Finito Senatus conſeſſu, Conſul regens vna cum Actuario remanet in curia actusque minoris momenti horis pomeridianis exercet, id quod Zittauiae dicitur *das Ablohen*. \*\*) Vtrum hic tradi poſſit teſtamentum, non temere quaeritur. Qui hanc quaestionem affirmant, prouocare ſolent ad exempla teſtamentorum ita ſine vlla contradictione conditorum, quorum vis atque auctoritas poſtea in dubitationem haud fuerit adducta. Sed nos cum iis facimus, qui hanc quaestionem negandam eſſe, cenſent. Licet enim Conſul, qui regimen tenet, vniuerſo ſenatu praefit atque negotia expedienda ordinet; non tamen ea valet auctoritate, vt totum ſenatum repraeſentet, cuius quidem conſenſus ad formam teſtamenti legitimi eſt neceſſarius. Temerarium vero foret ſequi opinionem menti iuris ſtatutarii haud conſentaneam, hominesque huius iuris parum peritos in errores periculofos inducere. †)

## §. XIII.

e) v. *Illuſtr. KINDII Quaest. forenſes, Tom. II. cap. 40.* Adde *Pufendorſii Obſeruat. iur. univ. Tom. IV. Obſ. 197.*, vbi quidem monet, moribus Germanicis procuratorem haud admitti.

a) Confer de hac re KRETSCHMANNI *diff. de Aufgaba Zittauienſi, Vitreb. 1754.* §. IX.

b) Idem ratione Aufgabae contendit KRETSCHMANNVS l. c.



## §. XIII.

*Quatenus pagi Zittauenses statutorum praeceptis sine adstricti?*

Omnes pagi, quos Senatus nunc tenet, vel ab antiquis iam temporibus ad ciuitatem pertinuerunt, ideoque eius iuribus semper sunt vsi, vel recentiori tempore a senatu emti sunt, atque sua sponte ad ciuitatis iura se adstrinxere. Hinc extra dubitationem mihi videtur positum, omnes pagos iurisdictioni senatus oppidani subiectos, ad testamenta secundum statutum Zittauense condenda esse obligatos. Si quis igitur in pagis testamentum condere velit, is desiderium suum senatui exponere et consulem regentem, ita, vti §. IX. monui, rogare debet, qui praetorem aut vrbanum, aut rusticum cum assessoribus et actuario ad testamentum recipiendum in pagum mittit. Tunc vero eo more, qui in vrbe ipsa obtinet, testamentum ruri conditur.

Sed hic quaestio oritur, num coram sculteto et scabinis paganis testamentum confici queat? Quaedam iura Germanica testamentifactionem coram eiusmodi personis expresse prohibent. <sup>a)</sup> Neque iure Saxonico aliud statutum, propterea quod scultetus et scabini pagani iurisdictione destituuntur. <sup>b)</sup> Nec nostra statuta testamentis coram eiusmodi personis factis vim tribuunt. Sed hic tamen silentio praeterire haud debeo ius singulare, quod ipsa aequitas suasille videtur. Apud nos scilicet iis in casu necessitatis illa facultas peculiari lege <sup>c)</sup> fuit concessa, in qua haec traduntur: *Iedoch bleibet es hierunter nochmalen bey der bereits am 1ten Febr. 1726. auf sämtliche hiesige Dorfschoften ergangenen Verordnung, vermöge derselben nicht anders ein Testament von denen Dorfgerichten abzunehmen, oder solcher gültig seyn soll, als wenn der Testator einer unvermutheten und gefährlichen Krankheit halber seinen letzten Willen vor dem Rathe nicht in Person declariren, oder in Schriften übergeben kömte, sonst aber haben sich*

a) v. c. ius prov. Hohenloic. P. IV. Tir. 2.

b) CARPZOV. P. III. Const. 3. def. 21. RICHTER P. I. decis. 30. n. 31. WERNHER. P. X. Obs. 316.

c) Zittauische Dorfgerichts-Taxa d. d. Dresden, d. 24. August, 1730.

sich die Gerichten weder derer Testamente noch Aufgaben anzunehmen, sondern sind jederzeit von der ordentlichen Obrigkeit beständiger Weise zu vollziehen. Quodsi vero testamentum tali modo coram sculteto et scabinis paganis fuerit confectum, tunc ex usu fori ab iisdem in proximo confessum senatus est offerendum, quo facto testamentum asseruatur iisque recognitionis schedula traditur.

## §. XIV.

Requiritur, ut lucrum piae et publicae causae fuerit relictum.

Haud sufficit iudicialis testamenti confectio, sed accedere debet lucrum quoddam piae et publicae causae relictum. In hac re ius Zittauense conspirat cum statuto Camentienfi <sup>a)</sup> et Loebauienfi, <sup>b)</sup> nec non cum iure Hamburgensi. <sup>c)</sup> Sed statutum Zittauense causis piis et publicis satis consuluit, cum testamenta, in quibus hoc officium neglectum sit, pro nullis declaret, cum e contrario ius Loebauense, Camentienfe et Hamburgense tantum admonitionem contineant, qua quidem neglecta, ratum nihilo fecius manet testamentum, id quod statutum Loebauense verbis expressis significat.

## §. XV.

- a) Der Stadt Camenz revidirte Willkühr in Wein arts R. u. G. Th. IV. p. 406. sqq. Cap. XIII. von Aufgaben: und in solchen Aufgaben sollen allewege gestalten Sachen nach, daß Armut h, Kirchen und Hospizal bedacht werden. Eine solche Meinung soll es mit den Testamenten und letzten Willen auch haben.
- b) Vide ANTONII diff. laud. §. X. p. 22: dabey denn ein jeder, welcher mortis causa disponiret, etwas zu Gottes Ehren, gemeinen Nutzen oder andern milden Sachen ohngezeuungen und aus freyen Willen auszusetzen ermahnet wird, jedoch soll ein Testament oder andre dispositio mortis causa deswegen nicht vor ungültig gehalten werden, wenn darinnen dergleichen Vermächtnis zu Gottes Ehren nicht enthalten ist, wenn solche nur mit denen zur Gültigkeit in denen Rechten vorgeschriebenen Requisitis versehen sind. Hic locus in statutis apud WEINARTVM, Tom. IV. p. 227. exculis non reperitur.
- c) P. III. Tit. I. a. 16. zum wenigsten ein Markstück zu wegen und stegen. HEINECCIUS in Elem. iur. Germ. Libr. II. Tit. VII. §. 190. statuit, testamentum.

## §. XV.

*De origine huius sanctionis.*

Germanos olim testamenta ignorasse, ex TACITO satis constat. <sup>a)</sup> Cum vero postea Romanorum mores in Germania invaluisse, saeculo XII. et XIII. testamenta condi coeperunt, quorum usum imprimis auxere clerici, propterea quod ex iisdem magna perceperunt commoda. Persuadebant vero facile hominibus ea, quae piis causis, potissimum monasteriis atque ecclesiis relinquerentur, ipsi Deo offerri et sic fieri, ut animae optime prospiceretur. Qua de causa in antiquis monumentis interdum testamenta dicuntur *Seelengeräthe*, <sup>b)</sup> licet nonnumquam verbo tantum legatum ad pias causas factum denotetur. <sup>c)</sup> Hinc etiam Zittaviae, antequam statutum illud fuisset conditum, piis causis et publicis varia lucra relicta sunt, quod Carpzovius multis exemplis probat. <sup>d)</sup> Quae vero ius Zittaviense de hac necessitate praecipit, ea usus fori tam acriter tuetur, ut testamenta ad hanc normam haud composita pro nullis declarentur.

## §. XVI.

statutum secundum statuta Hamburgensia, licet piae causae nihil fuerit collatum, tamen esse validum, modo heredes tantum asserant in aerarum publicum. Idem quoque iure Cameracensi asserendum esse, opinor.

<sup>a)</sup> de mor. Germ. cap. 20.

<sup>b)</sup> HEINECCIUS in *El. iur. Germ. Libr. II. Tit. 7. §. 185. sqq.*

<sup>c)</sup> Exempla asserit LUDWIG in *reliq. Msspt. T. IV. p. 63. 99. 147.* Sic in *iure prov. Alem. c. 55. is, qui testamentum facit, animam curare dicitur: der Mann lit in dem Todbette and schaffet seiner Kinde Dink und sinez wibez und seiner Sele.*

<sup>d)</sup> Ratione piarum causarum multa legata obveniunt ecclesiis Zittaviensibus relicta de anno 1355. 1380. 1381. 1383. 1390. 1396. 1412. 1423. 1553. in *Annal. Fast. Zittav. P. I. p. 60. 100. et 116.* nec non xenodochio St. Iacobi de anno 1364. 1365. 1369. *ibid. p. 141.* Ratione vero viarum publicarum primum exemplum extat, teste CARPZOVIO *l. c. P. IV. p. 149.* de anno 1383, ubi femina quaedam VI. marcas Zittavienses ad conservandas vias publicas legavit. Porro anno 1392. civis quidam 60 Sexagenas grossorum ad reparandas vias, quae in Bohemiam ducunt, reliquit *zu einem rechten ewigen Seelengeräthe.*

*Quaenam caussa sit pro pia et publicâ habenda?*

Causas pias, siue iura peregrina, siue domestica respicimus, eximio favore frui, neminem fugit. Ad has vero secundum *l. 19. C. de sacros. eccles.* referuntur ecclesiae, xenodochia, nosocomia, orphanotropha, ptochotrophea, gerontocomia, brephotrophea atque causae personarum pauperum. Adde *l. 46. §. 1. C. de sacrosanct. eccl.* Id scilicet videbatur praecipuum christianae pietatis officium prospicere locis ad religionem exercendam destinatis atque subministrare alimenta hominibus egenis vel fortuna aduersa afflictis. Sed et legata ad redimendos captiuos relicta secundum *l. 28. C. de episcop. et cler.* pio proposito adscribuntur. <sup>a)</sup> Nec est dubium, quin omnia, quae cultui diuino inseruiunt, huc sint referenda. In statuto nostro causae publicae a piis discernuntur. Sed haud leuis oritur dubitatio, num verba statuti sint disiunctiue, an copulatiue accipienda. Vti enim ea, quae utilitati publicae inseruiunt, omnibus profunt atque salutem communem adaugent; ita quoque parum aequum esse videtur ea ex numero causarum piarum eximere, cum pietas christiana incolumitati et securitati publicae pariter prospiciat. Hinc facile quis existimet, nihil interesse, num quis piae causae, stricte in sensu iuris ciuilibus sumtae, an in usum ciuitatis publicum quid leget. <sup>b)</sup> Sed vsus fori constanter eam sequitur interpretationem, vt in omni testamento

<sup>a)</sup> Olim ad causas pias inprimis pertinere legata pro anima. Sed in hac re non tam pietatis verae, quam potius superstitiosae olim fuisse rationem habitam et adhuc haberi, iam dudum viri cordatiores monuerunt. Confer CAROL. OTTON. RECHENBERG. *diff. de eo, quod in piis causis impium est*, et BOEHMERI *diff. de priuileg. legator. prior. genuin. et spur.* §. 2. Hodie stipendia literarum studiis destinata piis causis merito annumerantur. Confer BOEHMERI *ius eccl. Protest. Lib. III. Tir. V. §. 26.* et V. C. IO. CHRISTIAN. SIRBENKESII *Abhandlung von Stipendien* §. 115.

<sup>b)</sup> BOEHMERVS in *ius eccl. Protest. Lib. III. Tir. V. §. 28.* ea, quae ad constructionem et reparationem pontium, viarum, murorum, fossarum

mento duplex lucrum, quorum vnum causae piaë in sensu stricto acceptae, alterum vero vñibus publicis cedit, relinquendum sit. Locutio autem, *was zu Gottes Ehren gereicht*, significat, quidquid sacris faciendis immediate, vel mediate inseruit, vel a caritate christiana proficiscitur. Huc vero referenda sunt omnia, quae ad alendos pauperes, viduas, orphanos, mente captos, vel ad eosdem sanandos pertinent. \*) Causa vero publica spectat ad commoda communia, quae in vniuersos ciues redundant. Cum salus publica in eo potissimum consistat, vt eues securitate atque incolumitate fruantur, pericula vero ac damna ab eorum vita et bonis auertantur, sequitur, vt publice intersit, vias quoque publicas esse saluas atque pontes murosque manere integros, turres haud fieri ruinosas, fossas quoque, quae vel aquam coërcent, vel damnis propullandis aptae sunt, conseruari incorruptas. Latius tamen patet causae publicae notio. Huc quidem referenda esse puto ergastula, hominum sceleratorum receptacula, porro loca publica, in quibus pauperes ad labores corpore peragendos adiguntur, (*Arbeitstuben, Spinnstuben.*) ipsas curias, porro siphones, quibus incendia extinguuntur, aliaque similia.

§. XVII.

Ideo quod alterutri causae, piaë vel publicae duplex commodum obtingat, testamentum Zittauense haud erit ratum.

Posset vero quis facile in eam incidere opinionem, statuto Zittauensi tunc satisfieri, quando quis vni causae duplex lucrum legat. Fac, testatorem adeo esse liberalem, vt duplicem summam certae ecclesiae leget, ea quidem conditione, vt redditus vnius summae augendis sacerdotum salariis, alteram ve-

D 2

ro

rum aliarumque rerum publicarum, quae vñibus publicis inseruiunt, causis piis annumerare haud dubitabit.

\*) Alia quoque praerogativa piaë causae ex iure Zittauensi fruuntur, quod scilicet fors, piis causis debita in concursu creditorum vna cum vñibus, in eadem classe locetur. Vide *Rescript.* d. 30. Iun. 1752 in *Cod. Aug. consen. Tom. III. p. 149.*

ro ecclesiae aliquando rescindiendae destinat. Non nego, expedire ecclesiae, ut hanc liberalitatem agnoscat. Idem dicendum erit, si causae publicae pari modo prospexerit. Sed haec opinio nostro statuto parum videtur esse consentanea. Nec est, cur a sensu verborum, quae, uti supra monuimus, duplicem functionem coniunctim satis luculenter praescribunt, recedere velimus. Statutum causas pias et publicas aequali favore amplectitur. Huc accedit usus fori, qui eandem interpretationem sequitur.

§. XVIII.

*Num statutum ad alias causas pias et publicas extendi possit?*

Irreperat olim in scholas et fora vulgaris regula, iuri Germanico valde inimica, statuta stricte et ita esse interpretanda, ut quam minimum a iure civili recedant. Cum enim hi, qui iuri Romano vnice tamquam glebae adscripti adhaerebant, animaduverterent, multa iuris domestici instituta parum convenire praeceptis iuris civilis, excogitarunt artificium, quo auctoritatem iuris peregrini conservarent saluam.<sup>a)</sup> Sed hoc est primum boni interpretis officium, ut in explicando iure provinciali vel statutorio sensum verborum ex eorundem rationibus repetat, quae quidem non a peregrinis, sed a propriis cuiusvis nationis moribus sunt arcessendae.<sup>b)</sup> Nostrium vero statutum perspicuis verbis rationem, cur in testamentis causae piae vel publicae aliquid relinquendum sit, exprimit: *dass ein jeder vornehmlich verpflichtet und schuldig ist, Gottes Lob und Ehre auch gemeinen Nutz zu mehren und zu fördern.* Haec verò ratio late patet, ideoque non ad exempla ibidem proposita erit restringenda, sed potius ob favorem causae, cui bene cupit, extensiva interpretatio erit admittenda.<sup>c)</sup> Non quidem nego, priu-

<sup>a)</sup> Fontem huius erroris aperuit CHRIST. HENR. ECKHARDVS in *Hermeneut. iur. Lib. II. c. I. §. 28.*

<sup>b)</sup> Consuetudinem esse iuris statutorii optimam interpretem, monuit RUCIUS in *Entwurf von Stadtgesetzen p. 438.*

<sup>c)</sup> Placet mihi obsequatio HÖMMELII, quam de ratione iura statutoria la-  
pius interpretandi proposuit in *Rhapsod. No. 660.*

privilegia piis potissimum caussis tributa, iusto latius fuisse a multis temere extensa. <sup>a)</sup> Sed ea erit adhibenda cautio, vt cum caussae piae, tum publicae notio iustis limitibus circumscribatur. Quae nam caussae in iure civili dicantur piae, supra iam fuit monitum. Si quis in testamento lucrum hominibus valde afflictis atque egenis legauerit, caritatem, vel misericordiam christiano homine dignam ostendere videtur. Saepius tamen testatores non tam verae pietatis sensu, quam potius superstitione vel ambitione commotos erga pias caussas et olim liberales fuisse, et hodie adhuc esse, inficiari nemo poterit. Quod si quis Zittaviae aliquid leget ad elocandas filias egenas, statuto intuitu piae caussae, satisfacere videtur. Ad caussas publicas vero refero quoque legata obstetricibus melius erudiendis, curiae, quae in bello fatali fuit incendio consumpta, restaurandae, atque aggeribus, quibus impetus aquae coërcetur, extruendis destinata, cum haec communem vtilitatem haud parum adaugeant. Quae licet se ita habeant, suadendum tamen erit, vt testator et in vsos publicos nominatim in statuto expressos aliquid conferat, ne aliquando periculo odiosae litis testamentum exponatur.

### §. XIX.

#### *Quantitas lucri est arbitraria.*

Statutum in genere de legato praecipit atque testatorum arbitrio et pietati lucri quantitatem relinquit. Neque obseruantia aliud obtinet, vt ideo nemo ad certam summam adstrictus sit. <sup>a)</sup> Licet igitur commodum valde exiguum ad finem propositum legare. Saepius legari solet vnus thalerus, vel marca Zittaviensis, quae illius valori fere equiparanda est. <sup>b)</sup> Vt

D 5

aequale

<sup>a)</sup> Conferatur imprimis de hoc argumento *Illustr. ERN. GODFR. CHRISTIAN. KLÜGELII dissert. de extens. piar. caus. privileg. §. 5.*

<sup>a)</sup> Idem valet ratione Aufgabae, vbi vero non *zu Gottes Ehren*, sed modo *zu gemeinem Nutz* aliquid relinqui iubetur *Tir. von Erbfällen. Conf. KRETSCHMANNI diss. laud. §. IV.*

<sup>b)</sup> De valore marcae Zittaviensis, quae saepius mutatus est, adeundus *CARP.*

aequale commodum causae piaae et publicae impertiat, non est necessarium. Olim quidem solebant testatores in adiuvandis causis piis et publicis esse magis liberales. Ante paucos tamen annos mercator quidam, iam antea de civitate nostra optime meritis, in testamento suo piis potissimum causis, nimirum orphanotropheo, ecclesiae principali, et pauperibus largissima legata scripserat, cuius viri laudes hac opportuna occasione silentio praeterire nolui.

## §. XX.

*Praescripta solemnitate neglecta, testamentum est nullum.*

Vti iam iure civili testamentum, in quo condendo solemnitates externae haud fuerunt observatae, tamquam iniustum corrui; ita et in Germania idem de testamento ad normam iuris provincialis vel statutarii haud composito, erit asserendum. \*) Nostrium quidem Statutum omnem vim adimit testamento haud rite condito, his quidem verbis: *was aber sonst Testament gemacht werden, die sollen kraftlos und unverbindig seyn, auch keinen Namen eines Testaments haben.* Forma vero testamenti Zittaviensis legitima in eo consistit, ut et iudicis auctoritate confectum et in eo causae tam piaae, quam publicae certum lucrum relictum fuerit.

Quaeritur autem hic non incommode, vtrum, si clausula codicillaris adiecta sit, testamentum, in quo causae piaae et publicae nihil collatum, sustineri possit? Magnam vim huic clausulae, cuius sedes est in L. 29. D. *qui testam. fac. poss.* tribuunt, qua defectum solemnitatis necessariae suppleri putant. <sup>b)</sup> Equidem

CARPZOVIVS in *Anal. F. Z. P. IV. p. 149.*, qui nonnullum ita constituit, ut 21 gl. 9 $\frac{1}{2}$  pf. efficiat. Ceterum raro hodie hac computatione videntur Zittavienles.

a) Exemplo esse possunt STATUTA BYDISSINENSIA Tit. von Testamenten. V. WILDVOGEL. *diff. de stat. Budissinens.* coll. cum iure civili v. Saxon. *commun.* §. 58. STATUTA FRIEDBURGENSIA, P. V. tr. III.

b) Effectum huius clausulae illustri exemplo probavit III. PRAESES in *Opusculis p. 48. 177.*



dem mihi persuadeo, eiusmodi testamentum, si observatae fuerint sollemnitates codicillares, vim obtinere fideicommissi. c) Huc accedit insignis piae causae fautor, qui ex iure Iustiniano vbius elucet, iure quidem pontificio mirifice adauctus, cum testamenta in utilitatem piae causae condita, licet nulli testes fuerint adhibiti, secundum c. 11 X. de testam. d) quouis pacto sint sustinenda. Cum vero legatum piae causae relictum nullam prorsus sollemnitatem desideret, sequitur, ut illud quoque ex testamento Zittauensi, cui forma legitima deest, peti possit. Quodsi vero testator statuti parum memor causam piam atque publicam silentio prorsus omiserit, eius quidem testamentum omni effectu desituitur. Fac vero, heredem institutum, cuius quidem interest, eiusmodi testamentum manere saluum, sponte causae piae et publicae offerre ex hereditate emolumentum, idque haud exiguum, putasne, hac liberalitate defectum testamentum posse suppleri? Mihi id negandum esse videtur, cum secundum regulam Catonianam e) id, quod ab initio est vitiosum, tractu temporis conualescere nequeat.

## XXI.

*Adduntur nonnulla.*

Is quidem mos Zittaviae in publicandis testamentis obtinet, ut senatus, simulac testatorem decessisse comperit, heredes ab intestato sine ulla comminatione, ad publicationem testamenti citet. Si non comparent, arctior citatio emittitur. Comparentes vero schedulam recognitionis antea acceptam producunt, atque testatoris nomen et sigillum recognoscunt, quo facto testa-

c) Haec quidem opinio usu fori comprobatur. BERGER. in *Oecon. Iur.* Libr. II. T. IV. §. 36. not. 1.

d) Senlum caput. cit. ostendit *Illustr. Praefes in Opuscul. p. 157. sqq.* Quantum ius Saxonicum piis causis saneat, ex *Ordinar. politic. de anno 1661 Tit. I. §. 4.* satis apparet. Confer quoque *Generale de 1746 in Cod. Aug. cont. Sect. 1. p. 361. sq.*

e) L. 1. D. de reg. Caton.

mentum aperitur et vna cum involuero protocollo publico (*dem Stadtbuche*) inferitur, heredes vero illius copiam accipiunt. Heredes etiam per procuratorem comparere possunt, modo hic speciali mandato sit instructus.

Liceat adhuc subiungere quaestionem, num ea, quae statutum de testamentis rite ordinandis praescribit, ad codicillos sint extendenda? Nos vero hic praecise verbis statuti, quod libertatem testandi valde coërcet atque testatori necessitatem legendi imponit, inhaerendum esse, existimamus. Quam quidem sententiam etiam secutus est Scabinatus Vitembergenfis anno 1706 in caussa *Hanssen Döslers in väterlicher Gewalt seiner 4 unmündigen Kinder und Consorten, Klägern, contra Elisabeth Döslerin, Beklagte.*<sup>o</sup>) Ego vero, vt lectores beneuoli meum qualecunque studium bonam in partem interpretentur, maximopere oro.

<sup>o</sup>) Conferatur *BODINVS* in *diff. qua differentia iuris statuarii Zittav. a iure civili traditur. Qu. 7.* et *BERGSE.* in *Oecon. iur. Lib. II. Tit. 4. §. 2. not. 12.*

Wittenberg, Diss; 1799-1801

ULB Halle

004 335 929




3

f  
sb.







Farbkarte #13

B.I.G.

Blue	Black
Cyan	3/Color
Green	White
Yellow	Magenta
Red	Red
Yellow	Yellow
Green	Green
Cyan	Cyan
Blue	Blue

DE  
 TIFICATIONE  
 VIENSI  
 1799 7  
 R T A T I O  
 AM  
 ESIDE  
 STEPHANO  
 ANDIO

PORI SAXONIAE A CONSILII  
 ATVS DECRETALIVM PROFES-  
 VRIDICAE ORDINARIO CONSI-  
 CTORE CVRIAE PROVINCIAL.  
 ESSORE H. T. DECANO

. R. S. clbcccxcix.  
 Q. C.

ENSVRVS EST

T O R  
 IANVS BERGMANN  
 LVSATVS.

ERGAE,  
 RISTIANI CHARISIL.

